ipso d(omi)n(o) nostro gaudet lamento· Ex ipsa ei iustitiae inchoatio
ne placebimus, qui iniusta quae fecimus punimus; Nemo
raerit in fletibus, quia tergent etiam transeuntes lacri
mas gaudia mansura; per eu(m) qui uiuit et regnat in s(ae)c(u)la s(ae)c(u)lor(um).

LECTIO S(AN)C(T)I EUUANGELII SECUNDUM LUCAM

In illo tempore dixit ih(esu)s discipulis suis. Si quis uult post me
uenire abneget semetipsum et tollat crucem suam cotidie
et sequatur me; Qui enim uoluerit animam suam saluam
facere p(er)det illam; Nam qui perdiderit animam suam p(ro)p
ter me saluam faciet illam; Quid enim proficit homo si lu
cretur uniuersum mundum, se autem ipsum p(er)dat et detrimen
tum sui faciat; Nam qui me erubuerit et meos sermo
nes· hunc filius hominis erubescat cum uenerit in maies
tate sua et patris et s(an)c(t)orum angelorum; Dico autem uob(is)
uere sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem do
nec uideant regnum d(e)i. OMELIA LECTIONIS EIUSDEM
HABITA AD POPULUM IN BAS(ILICA) S(AN)C(T)ORUM PROCESSI ET MAR
TINIANI DIE NATALI S(AN)C(T)ORUM [illegible]

Quia d(omi)n(u)s ac redemptor noster nouus homo uenit in mun
do· noua praecepta dedit mundo; Vitae enim n(ost)rae
ueteri in nutritis enutritae· contrarietatem opposuit
nouitatis suae; Quid enim uetus quid carnalis homo
nouerat· nisi sua retinere· aliena rapere si posset·
concupiscere si non posset; Sed caelestis medicus singulis
quibusque uitiis obuiantia adhibet medicamenta; Nam
sicut arte medicinae calida frigidis, frigida calidis
curantur· Ita d(omi)n(u)s noster contraria opposuit praedica
menta peccatis; Ut lubricis continentiam· tenacib(us)
largitatem· iracundis mansuetudinem· elatis prae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG · Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD · HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen · Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation · Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0086